


# RECTOR, Totusq; Senatus Academiae Marpurgensis, Omnibus omnium Facultatum Studiosis, S. P. P.



*I*mmensum Dei Optimi Maximi beneficium est, quod inter tot sevisimas presentis seculi turbas, hactenus Academia nostra sua halcyonia concessit. Terruerunt nos pericula non pauca nec levia, Dei autem solius misericordia, in Christo Salvatore nostro, est, quod nos prosternere non potuerint, & qua presserunt, non oppresserint. Impii sumus, nisi toto corde totaq; mente divina clementia gratias agamus. Gratitude Deo praestanda pars est non postrema, fidelis officii nostri administratio, ut, Deo benedicente, nostra opera, vinea Domini diligentissime excolatur, Reipublica commodum promoveatur, caelum plantetur, terra fundetur, veritas de terra oriatur, justitia de caelo prospiciat, caelestisq; Patris laus, honos & gloria longe lateq; propagetur. Nostrum igitur est utilia fideliter docere, vestrum, diligenter eadem discere. Quid docturissimi, quaq; methodo, suspensae hac tabula indicamus. Vos ad discendum vos parabit. Aperitur vobis, novo hoc vere, formosissimus eruditionis hortus; extrema pigritia foret, non ingredi, amenissimos flores inde non decerpere. Panditur vobis pretiosissimus sapientiae thesaurus, varia elegantissimarum margaritarum cistula apponuntur, potestas conceditur pro libitu eligendi, auferendi; stupenda dementia foret, cum Gallo Aesopico, nobilissimos istos uniones negligere, turpis voluptatis, faedi luxus, & detestanda petulantia grana illis anteferre. Deum toto corde precamur, ut a tumultibus bellicis, aliisque omnibus malis immunes nos benignissime praestet, augustaq; pace & gratia tranquillitate misericorditer beet. P. P. 10. April. Anno M DC. XXVII.

### IN FACULTATE THEOLOGICA.

*Iustus Feurbornius*, S. Theol. D. & Professor, postquam tria priora S. Johannis Evangelistae capita publice praelegendo hactenus absolvit, ad sequentium capitulum resolutionem & expositionem transibit, simulq; Collegium Theologicum aperiet.

*Johannes Sieubertus*, SS. Theologiae Doctor & Professor, continuabit Locos communes Theologicos, quos per interurbationes bellicas absolvere non potuit, insimul Collegium Theologicum aperiet.

*Meno Hannekenius*, S. Theol. D. ejusdemq; & Hebr. Ling. Prof. ac p. r. Rector, publicum aperiet Collegium biblicum, quo capitulum biblicorum summam, eorundem generalem analysin, dubiorumq; in iis occurrentium principaliorum brevem explicationem dicabit, deq; dictatis ipsisq; textibus, καὶ ἰσοδομάδα cum studiosis, qui isto exercitio delectabuntur, colloquium instituet.

Addet Collegia Hebraica & Syro-Chaldaica ad libitum Studiosorum.

*Johannes Henricus Tonsor*, SS. Theol. D. ejusdemq; Professor & Pädagogiarcha, doctrinam de primo primorum parentu peccato; peccato originali, & peccatis actualibus explicabit: privatim Collegia, ad rogatam studiosorum, aperturus Explicatorium & Disputatorium.

### IN FACULTATE JURIDICA.

*Antonius Nefenus*, J. U. D. Professor Juris primarius & Academiae Pro-Cancellarius, caenam Regalium materiam, cum connexis materiis, ulterius interpretabitur, & usum earum secundum modernum Imperii statum monstrabit.

*Johannes Breidenbach*, J. U. D. & Codicis Professor, Deo auctore, casus nobiliores Juridicos explicabit, & simul, ad petitionem studiosorum, disputatoria exercitia instituet.

*Iustus Einolt* / cognomento Schütz / D. & Pandectarum Professor, in explicandis utilioribus pandectaru legibus perget. Collegia quoq; Juris publici, privati ac feudalis publica & privata aperiet.

*Johannes Kornmannus*, J. U. D. & Institutionum Imperialium

Professor Ordinarius, ad interpretationem tit. 15. de interdictis & seqq. lib. 4. Instit. Deo volente, publice progredietur. Privatim vero tam disputatoria quam explicatoria Collegia ad petitionem Dnn. Studiosorum instituet.

### IN FACULTATE MEDICA.

*Nicolanus Steinn* / Medicinae D. & Professor Ordinarius, licet emeritus, in usum tamen & gratiam Studiosorum Medicinæ, ex ipsorum petitione & Illustrissimi ac Clementissimi nostri Principis consensu, antehac inchoata exercitia & lectiones Practicas tam publice quam privatim, in morbis tam universalibus quam particularibus, fidei opera continuare sibi constituit.

*Jacobus Müllerus*, Med. D. & Professor, Anatomiam corporis humani publice pertractabit. Privatim Collegium questionum Miscellanearum Medicarum, aperiet.

*Joh. Daniel Horst* / Phil. & Med. D. ac ejusdem Medicæ Artis Ordinarius Professor, publice *Phylogia* proponet: Cælo quidem favente, in campis plantas cognoscendas monstrabit; eodem vero adverso, cognitarum vires lectionibus explicabit, incidenter etiam eo allaborabit, ut Philistinis accuratam hypotypolin & ideam ostendat occultæ illius virtutis, quæ semina fecundat. Privatim auditoribus se in omnibus accommodabit.

### IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

*M. Theodorus Vietor*, Prof. Græc. Invidit nobis hactenus Ifoeraticæ Elegantiæ delicia, subita & insperata Martis violentia. Quæ tantum non dissipationem Muls nostris interminata, ad tempus saltem suspendere coegit inchoatam tum temporis, Plataicæ orationis explicationem. Ad cujus continuationem hora 12. proponendam, Deo volente, deinceps nosgrata astitis serenitas ultrò alluciet, & blanda subnascentis novi in Imperio Rom. Solis facies merito invitabit.

*M. Conradus Bachmannus* / Miltingensis, Hassus, Poeta & Professor, Mercatorum suum levi brachio perstrinxit, quæ ad bonos mores & honestatem faciunt, et eo depromit, cætera susq; deque habuit. Turpia enim, quæ sunt ex Adolescentum consortio perpe-

tuò exulare debent, quod etiam Juvenalis censuit Sat. 14. v. 44. Inposterum vero & semestri hoc æstivo *Pseudolum*, itemq; Parruelium (si per tempus licet) nuptias in *Pennulo* explicabit, eo more modoque quo præcedentes Fabulas, & cum Auditorio suo Latini sermonis elegantissimas elegantias, liberales etiã jocos perlustrabit, modò pacis Princeps belli incommoda, à patria nostra regione clementer averrat.

*Jacobus Müllerus*, Med. D. & Mathem. Professor, publice Geometriam demonstrabit. Privatim Collegium suum continuabit, vel auditoribus suis se accommodabit.

*M. Caspar Ebel* / Logica & primæ Philosophiæ Professor Ordinarius, pro lectione publicâ Compendium Logicæ ad finem, Deo juvante, perducet. In Metaphysicis vero pro auditorum libitu vel regulas explicabit, vel controversias tractabit. Continuabit etiam in utraq; disciplinâ Collegia tam privata quam publica & pro Candidatis Philosophiæ peculiare aperiet, in quo quaestiones ex omnibus disciplinis Philosophicis seligentur, quorum usus est in variis controversiis Theologicis.

*Johan-Conradus Schragmüller* / SS. Theol. D. & Physices Professor Ordinarius: *Evangelicæ Philosophiæ* continuabit. Collegium Stoicheologicum publicum, dante Deo, absolvet, quo absoluto aliud publicum subinde aperiet: privata pro studiosorum libitu instituet, & ad umbilicum perducer.

*Johannes Sigfridus Blanesheim* / J. U. D. & P. Ph. Pr. Materiam rei militaris ex Aristotele & veteribus, junctis LL. & moribus militaribus hodiernis, brevi & perspicuo ordine proponet.

*M. Johan-Balthasar Schuppis*, Eloquentiæ & Historiarum Professor, explicabit tragædias Senecæ. 2. Collegium Oratorum, cum Deo, absolvet, eâ methodo, quam publicis literis delineavit.

*M. Conradus Matthias*, Philologo-Criticus Professor Publicus, persequentem hanc ætatem, Deo bene ipsum juvante, pro more suo consueto, publice *librum dierum genialium Alexandri Neapolitani* explicando persequetur, quoad usq; poterit, tertium: Tractabit vero privatim cum *Logicis, Politicis, Historicis-Poeticis & Geographicis.*